

7.2.

⟨Capitulum secundum⟩

⟨De distinctione et numeratione fallaciarum⟩

7.2.1.

⟨De divisione fallaciarum in fallacias in dictione et extra dictionem⟩

(1) Modi autem arguendi sophisticè et fallendi sunt duo: alii quidem sunt secundem dictionem, alii vero extra dictionem; ideo fallaciae quaedam vocantur ‘in dictione’ et aliae ‘extra dictionem’.  
(2) Dicitur autem fallacia ‘in dictione’ cuius causa apparentiae se tenet ex parte dictionis ad placitum significantis; (3) et dicitur fallacia ‘extra dictionem’ cuius causa apparentiae est ex parte rei seu intentionis significatae.

Hoc secundum capitulum est de distinctione et enumeratione fallaciarum. Ponuntur autem in hoc capitulo divisiones et subdivisiones et enumerationes fallaciarum in quinque partibus principalibus. Secunda incipit ibi ‘Fiunt autem’; tertia ibi ‘Cum ergo dictio’; quarta ibi ‘Fit autem fallacia’; quinta ibi ‘Quantum ad fallacias’.

(1) Prima pars habet tres clausulas. Quarum prima ponit primam divisionem fallaciarum, penes divisionem argumentationum sophisticarum per quas fiunt argumentationes quas vocat Aristoteles modos sophisticos

7.2.1: *E* 80<sup>rb</sup>, *T* 60<sup>vb</sup>, *V* 77<sup>ra</sup>, *B* 74<sup>vb</sup>, *K* 123<sup>ra</sup>, *G* 58<sup>ra</sup>

1 et fallendi] *ETVB*: om. *KG* || alii] *ETVB*: om. *KG* 2 sunt secundem dictionem] *E*: secundem dictionem *TV*: sunt in dictione *B*: vero in dictione *KG* 3 et aliae] *ETKG*: quaedam *V*: et quaedam *B* 6–7 seu intentionis significatae] *EVBK*: om. *T* 8 enumeratione] numeratione *E* 9 divisiones et] *ETBG*: divisiones *V*: duae *praem.* *K* 10 principalibus] principalioribus *E* 10–11 fiunt autem] *ETV*: fallaciae *add.* *B*: sit autem fallacia *K*: fit autem fallacia *G* 11 dictio] *EV*: dico quod *B*: om. *TKG* || fit autem fallacia] *ETB*: fit autem *VKG* 13 ponit] *ETB*: proponit *praem.* *V*: proponit *KG* 14 divisionem argumentationum sophisticarum] *ETVB*: argumentationem sophisticam *KG* 15–22.1 sophisticos arguendi] *EBKG*: arguendi scilicet arguendi sophisticè *T*: arguendi scilicet sophisticos *V*

*Summulae, De fallaciis*

arguendi.<sup>1</sup> Dicit ergo argumentationes sophisticas quasdam esse sophisticas secundum dictionem et quasdam extra dictionem. Et non accipitur hic ‘dictio’ prout distinguitur contra ‘orationem’, scilicet pro termino incomplexo, sed accipitur hic communiter ‘dictio’ pro omni voce significativa ad placitum sive complexa sive incomplexa, immo etiam in proposito reduci- 5  
tur ad huiusmodi dictionem scriptura, propter hoc quod subordinatur voci significativae ad placitum, ut habetur primo *Peri Hermeneias*.<sup>2</sup>

(2, 3) Aliae duae clausulae declarant membra istius divisionis. Propter quod notandum est quod non dicuntur fallaciae fieri aliae secundum dictionem, aliae extra dictionem ex eo quod opponens in quibusdam suis 10  
argumentationibus utatur voce significativa et in quibusdam non in disputando, quia manifestum est quod oportet disputando uti vocibus significativis in omnibus argumentationibus; sed oportet intellegere, sicut alias dictum est,<sup>3</sup> quod terminis et propositionibus et argumentationibus vocabulis correspondent in mente intentiones significatae, quae sunt termini, 15  
propositiones et argumentationes mentales.

Sicut ergo notant illae clausulae, quaedam sunt argumentationes sophisticae vocales quibus correspondentes intentiones in mente, circumscripta vocum significatarum consideratione, non apparent esse argumentationes. Et sic manifestum est quod illae argumentationes habent suam apparen- 20

1-2 sophisticas] *EVB*: om. *TKG* 2 dictionem] *ETVB*: dictiones *KG* || dictionem] *ETVB*: dictiones *KG* 4 significativa] *ETVBG*: significatam *K* 6 ad huiusmodi dictionem] *TBG*: ad dictionem *E*: pro *praem*. *V*: ad huiusmodi divisionem *K* 7 significativae] *ETVBG*: significatae *K* 9-10 secundum dictionem] *ETVB*: in dictione *KG* 11 utatur] *ETVK*: utitur *BG* 12-13 quia ... argumentationibus] *ETVBG*: utitur significativis argumentationibus *K* 13 intellegere] *ETVKG*: intellegi *B* 15 significatae] *ETVBG*: significativae *K* 16 propositiones ... mentales] *ETV*: propositiones mentales et argumentationes mentales *B*: propositionis mentalis *KG* 17 sicut] *EG*: sic *TVBK* || clausulae] *ETVKG*: quod *add. B* 17-18 sophisticae vocales quibus correspondentes] *ET*: sophisticae vocales quibus sunt correspondentes *V*: sophisticae vocales quibus correspondent *BG*: sophisticas quibus correspondent *K* 18-19 circumscripta vocum significatarum] *ETVBG*: circumscripta non cum istarum (!) *K* 19 non apparent] *ET*: et *praem*. *VB*: etiam non oportet *KG*

1 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 4, 165b23.

2 Aristoteles, *De interpretatione*, 2, 16a19-20.

3 Johannes Buridanus, *Summulae; De suppositionibus*, 4.1.3.

## 7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

tiam ex parte vocis significativae; et fallacias ex talibus argumentationibus  
provenientes vocamus ‘secundum dictionem’, idest secundum vocem signi-  
ficativam. Aliae sunt argumentationes sophisticae et vocales quibus cor-  
respondentes intentiones in mente, circumscripta vocum consideratione,  
5 adhuc apparent esse argumentationes. Et sic apparet quod illae non ha-  
bent suam apparentiam ex parte vocis significativae. Ideo fallaciae inde  
provenientes dicuntur ‘extra dictionem’, idest praeter vocis significativae  
considerationem habentes in mente suam apparentiam.

Verbi gratia, fiat paralogismus secundum dictionem faciens fallaciam  
10 aequivocationis, sic:

‘omnis canis est animal;  
sidus caeleste est canis;  
ergo sidus caeleste est animal’

et fiat alter extra dictionem faciens fallaciam accidentis, sic:

15 ‘omnis homo est animal;  
asinus est animal;  
ergo asinusest homo.’

Uterque istorum paralogismorum apparet esse syllogismus ex eo quod est  
ibi unum medium in quo coniunguntur extremitates secundum subiectio-  
nem et praedicationem, quod requiritur ad bonum syllogismum. In primo  
20 autem paralogismo illa unitas medii, quae est causa apparentiae, non est

1 significativae] *ETVBG*: significatae *K* 2 provenientes] *ETVBG*: provenienti-  
bus *K* 2-3 significativam] *ETVBG*: significatam *K* 3 sophisticae et] *ET*: *om. V*:  
sophisticae etiam *B*: sophisticae *KG* 3-4 correspondentes] *ET*: correspondent  
conceptus in mente seu *V*: correspondent *BKG* 4 in mente] *TBKG*: *om. EV* ||  
consideratione] *ETVK*: quae *add. B*: consignificatione *G* 6 significativae] *ETVB*:  
significatae *KG* 7 extra] *EVB*: fallaciae *praem. TKG* || significativae] *ETVB*:  
significatae *KG* 9 fiat paralogismus] *VBKG*: paralogismus *E*: fiat syllogismus *T*  
10 sic] *T*: fit *praem. E*: *om. V*: fit *add. BKG* 12 caeleste] *ETKG*: *om. VB*  
13 sidus caeleste] *TG*: *om. EK*: sidus *VB* 14 alter] *EVBG*: aliter *TK* ||  
accidentis] *ETBKG*: accentus (!) *V* 18 paralogismorum] syllogismorum *E* ||  
ex] *TBKG*: *om. EV* 19 in ... extremitates] *ETB*: duae extremitates *V*: me-  
dii *add. K*: in quo conveniunt extremitates medii *G* 21 quae ... apparentiae]  
*EVBKG*: *om. T*

*Summulae, De fallaciis*

nisi secundum vocem, quia correspondent ei diversae intentiones in maiori et in minori, prout sunt verae. Ideo, circumscripta vocum consideratione, nulla apparebit unitas medii in intentione, propter quod nec illae intentiones apparebunt esse syllogismus. Sed in secundo paralogismo medium est unum secundum vocem et intentionem: huic enim voci ‘animal’ correspondet 5 eadem intentio in maiori propositione et in minori, etiam prout sunt verae, licet non sint verae pro eisdem rebus pro quibus illa intentio supponit, sed pro aliis et aliis. Ergo, circumscripta consideratione vocum, adhuc in intentionibus remanet unitas medii. Propter quod adhuc illae intentiones apparent esse syllogismus. 10

Ex quibus etiam tu potes concludere quod in primo paralogismo est defectus magis propter variationem medii quam in secundo. In primo enim variatur medium secundum intentiones significatas, in secundo autem non, sed solum est variatio rerum pro quibus est verificatio, stante eadem intentione utrobique. ‘Animal’ enim secundum eandem intentionem significat 15 homines et asinos. Ideo etiam in primo paralogismo, si perfecte solvatur, medium est distinguendum, et non in secundo, sed neganda est consequentia ex defectu formae syllogisticae, sicut post dicitur.

Sed circa hoc tu dubitares an aliquis per seipsum considerando sine vociferatione potest decipi per fallacias secundum dictionem. Et ego dico 20 quod sic, sed non sine vocum significatarum consideratione. Possum enim

1 secundum] unitas vocis et *praem.* E 2 in] *EV: om. TBKG* || vocum] *ET: vocis VBKG* 3 propter] *ETVB: hoc add. KG* || nec] *ETVB: om. KG* 6 in maiori propositione] *ETK: in maiore V: maiori propositione BG* || in minori] *ETKG: minore V: minori B* 8 ergo] *ETV: etiam BKG* || vocum] *ET: vocis VBKG* 9 remanet unitas] *E: remaneret idem unitas T: maneret identitas V: maneret unitas BK: manerebit unitas G* || quod adhuc] *EV: quam adhuc T: quod BKG* 10 apparent] *apparenter E* 11 etiam tu] *ETB: tu VG: ille (!) K* || paralogismo] *VBG: syllogismo ETK* 12 magis propter] *TBKG: maior propter E: magis per V* 13 significatas] *EVBKG: significativas T* 13-14 in ... sed] *ETV: in secundo autem B: sed in secundo modo K: in secundo G* 14 variatio] *ET: varietas VBKG* || verificatio] *EKG: ibidem variatio T: eadem praem. VB* || stante eadem] *eadem stante E* 16 solvatur] *salvatur E* 18 post dicitur] *EBKG: postea dicitur T: prius dicebatur V* 19 tu ... seipsum] *E: tu dubitas an aliquis per seipsum T: tu dubitas vocum ergo aliquis per seipsum V: dubitatur an ergo aliquis per seipsum B: dubitabis an alias per semet ipsum KG* 20 secundum dictionem] *ETVB: in dictione KG* 21 sic] *E: immo bene TVB: immo KG*

## 7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

sine vociferatione considerare vocem et paralogismum vocalem, et quod in eo esset medium idem, propter quam identitatem puto quod ille, si fieret, esset bonus syllogismus et quod etiam sit bonus ille qui correspondet sibi in mente.

### 7.2.2.

⟨Unde generaliter debeant distingui fallaciae in dictione⟩

- 5 (1) Fiunt autem fallaciae in dictione ex multiplici eiusdem vocis  
significatione. (2) Unde, sicut dicit Aristoteles, totidem modis fiunt  
quot modis contingit eisdem nominibus vel orationibus non idem  
significare, sed plura.<sup>4</sup> (3) Et est in eis causa apparentiae unitas  
10 vocis significativae, et causa defectus diversitas intentionum signi-  
ficatarum.

Ista secunda pars ostendit unde generaliter debeant distingui fallaciae in dictione et habet tres clausulas.

- (1) Prima assignat fundamentum unde proveniant et fiant fallaciae in dictione; proveniunt enim ex multiplici eiusdem vocis significatione, idest  
15 ex eo quod vox eadem significat apud animam diversas intentiones. Credi-

7.2.2: E 80<sup>va</sup>, T 61<sup>ra</sup>, V 77<sup>va</sup>, B 75<sup>rb</sup>, K 123<sup>va</sup>, G 58<sup>rb</sup>

1-2 in ... medium] *EVB*: in eo est medium *T*: oportet medium esse *KG* 3 esset] *ETB*: est *V*: esse *KG* || bonus] *EVBKG*: syllogismus *T* || correspondet sibi] *EVBG*: correspondet *T*: sibi correspondent *K* 5 ex multiplici] *ETV*: multiplici-  
tate *B*: propter multiplicationem *K*: ex multiplicatione *G* 6 significatione] *ETV*:  
significativae *BG*: *om. K* || unde sicut dicit] *EVB*: unde dicit *T*: sicut dicit *KG* ||  
totidem] *EVB*: quod tot *T*: tot *KG* 7 contingit] *EVBKG*: *om. T* || nominibus]  
*ETVB*: vocibus *KG* || orationibus] *ETBG*: rationibus? *V*: nominibus *K* 9 si-  
gnificativae] *ETVBG*: significatae *K* || et] *ETBG*: est in eis *add. V*: *om. K* ||  
defectus] *ETVB*: est *add. KG* 9-10 significatarum] *VBKG*: significatarum *ET*  
13 fiant] *TG*: fiunt *EV*: fient *B*: apparent *K* 13-14 in dictione ... eiusdem vo-  
cis] *ETVBG*: *om. K* 14 significatione] *ETVG*: significativae *B*: significatae *K*  
15 significat] *om. E* || diversas] habet *add. E*

4 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 4, 165b27-30.

*Summulae, De fallaciis*

mus enim aliquando argumentum vocale simpliciter valere, sicut valeret, si vox non significaret nisi unam intentionem et, cum hoc non sit verum, nos decipimur.

(2) Ex hoc autem secunda clausula infert quod tot modis fieri possunt sophisticarum argumentationes sive fallaciae secundum dictionem quot modis 5 contingit unum nomen vel unam orationem non significare unum, idest unicam intentionem, sed significare diversa. Non enim fit fallacia secundum dictionem propter eandem vocem significare multa ultimate significata, ut 'homo' multos homines et 'animal' multa animalia, si intentio apud animam immediate significata maneat eadem, sicut vox, quia tunc similiter est unio 10 requisita ad syllogismum in mente sicut in voce.

(3) Tertia clausula iuxta dicta assignat communem causam apparentiae et causam defectus in fallaciis secundum dictionem. Est enim causa apparentiae identitas vocis requisita ad veras argumentationes vocales, quae ita salvatur in argumentationibus sophisticis secundum dictionem sicut in veris 15 argumentationibus.

Causa autem defectus est diversitas intentionum significatarum, ubi ad bonam argumentationem requirebatur non solum identitas secundum vocem, sed etiam secundum intentionem, eo quod non potest esse bona 20 argumentatio vocalis, nisi sibi correspondeat bona mentalis.

1 simpliciter] EG: om. T: similiter VBK 2 unam] ETVBG: veram K || nos] ETVB: om. KG 4 hoc] ETV: hac BKG || infert] ETVB: infertur KG 6 orationem non significare] EVBG: orationem plura significare et non T: dictionem vel orationem non significare K 7 significare diversa] E: diversas TV: secundum diversas B: diversa KG 8 significare multa ultimate significata] ET: significare multa significata ultimata VB: significata multa esse ultimata KG 9 si] EVBG: cum T: sicut K 10 tunc] ETVB: non KG 10-11 similiter est unio requisita] TV: est requisita simpliciter et similiter unio E: similiter est in eo requisita unio B: est requisita similiter unius K: est requisita similiter? unio G 13 est enim] EVKG: in fallaciis enim secundum dictionem est T: est tamen B 14 quae] ETBKG: quia V 15 salvatur] ETVBG: solvatur K 15-16 veris argumentationibus] ETVBG: aliis rebus K 17 ubi] EV: cum T: quia BKG 18 requirebatur] EVBKG: requiritur T 20 sibi] ET: om. VBKG

7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

7.2.3.

(De prima divisione fallaciarum in dictione)

(1) Cum ergo dictio vel oratio dicatur multiplex, si una existens  
habeat plures significationes, multiplicitas dictionis vel orationis  
in distinctione fallaciarum secundum dictionem solet distingui tri-  
plex, scilicet: actualis, potentialis et phantastica. (2) Multiplicitas  
5 actualis est cum vox significativa existens una secundum materiam  
et formam, habet plures significationes; et sic fiunt fallaciae aequi-  
vocationis et amphiboliae. (3) Multiplicitas potentialis dicitur cum  
vox existens eadem secundum materiam et diversa secundum for-  
mam, habet multas significationes; et sic fiunt fallaciae composi-  
10 tionis et divisionis et accentus. (4) Multiplicitas autem phantastica  
vocatur cum voces diversae secundum materiam habent similitu-  
dinem secundum formam, et habent dissimiles significationes vel  
consignificationes; et sic fit fallacia figurae dictionis.

Ex fundamento praedicto ponitur in hac tertia parte prima divisio fallacia-  
15 rum in dictione, et declarantur membra eius in quattuor clausulis.

(1) In prima ponitur divisio multiplicis vocis significativae trimembris,  
quae per sequentes clausulas explanatur.

7.2.3: E 80<sup>vb</sup>, T 61<sup>ra</sup>, V 77<sup>vb</sup>, B 75<sup>va</sup>, K 123<sup>vb</sup>, G 58<sup>va</sup>

1 dicatur multiplex si] *EVB*: ipsa *add.* *T*: dicantur multipliciter si *K*: dicatur multi-  
pliciter si *G* 3 fallaciarum secundum dictionem] *EBG*: fallaciarum in dictione *T*:  
fallaciarum secundum vocem *V*: fallacia secundum dictionem *K* 3-4 triplex scili-  
cet] *ETVB*: *om.* *K*: triplex *G* 4 phantastica] *ETVBG*: phantasticalis *K* 5 cum]  
*ETVG*: *om.* *B*: quando *K* 6-7 aequivocationis] *ETVBG*: negationis (!) *K* 10 et  
accentus] *EVBKG*: *om.* *T* 11-12 habent similitudinem] *E*: habentes tamen unita-  
tatem similitudinis *TVB*: habentem unitatem *K*: habentes unitatem similitudinis *G*  
12 et] *EVKG*: *om.* *TB* || dissimiles] *EVBG*: sic *praem.* *T*: dissimilitudines *K* ||  
vel] *ETVB*: et *KG* 14 tertia parte prima divisio] *EVBG*: parte divisio *T*: ter-  
tia clausula primo divisionem *K* 16 multiplicis] *ETVG*: multiplicitatis *BK* ||  
significativae] *ETVBG*: significatae *K*

*Summulae, De fallaciis*

(2, 3, 4) Ergo propter tres alias clausulas ad explanandum nomina quibus in eis utimur et eorum significationes ad placitum, notandum est quod, quia forma est actus et materia est potentia, et quod res est in actu per formam et in potentia per materiam, ideo auctores vocaverunt multipliciter vocis ‘actualem’ quae est secundum identitatem vocis materialem simul et formalem, et ‘potentialem’ quae est solum secundum identitatem materialem ipsius vocis. Sed quia phantasia est apparentia sensualis et saepius sine veritatis experientia, propter hoc quod fit in absentia sensibilibus, ut habetur secundo *De anima*,<sup>5</sup> ideo apparens multipliciter vocis et non existens vocatur hic ‘multiplicitas vocis phantastica.’ Et hoc est quando voces habentes diversas significationes nec sunt eadem secundum materiam nec sunt eadem secundum formam, sed videntur eadem propter earum aliquam similitudinem.

Sic ergo fiunt fallaciae aequivocationis et amphiboliae secundum multipliciter vocis actualem, et fallaciae compositionis et divisionis et accentus secundum multipliciter vocis potentialem, et fallacia figurae dictionis secundum phantasticam.

Et est notandum quod in istis dictis nos vocamus ‘materiam’ vocis significativae litteras et syllabas ex quibus dictio incompleta componitur, vel etiam dictiones incompletae ex quibus oratio componitur. ‘Formam’ autem hic vocamus modum proferendi aut accentuandi, aut divisim aut continue, dictiones in oratione proferendo, vel huiusmodi.

1 ergo propter tres] EV: ideo propter T: ideo propter tres B: ideo per tres K: propter igitur tres G || ad explanandum] VB: explanandum E: ex explanandum T: explanandas KG 2 in eis utimur] EVB: in eis utitur T: nos utimur KG || eorum] TBKG: earum E: quartus earum V 2-3 quod quia] EVBG: quod T: quia K 3 et] ETVB: om. KG || est] ETVB: om. KG || quod] EBG: om. T: quia forma est actus et praem. V: quia K 6 quae est solum] VB: solum ETG: om. K 6-7 materialem ipsius vocis] ETVB: vocis materialem deesse K: vocis materialem G 7 quia phantasia] ETVB: phantastica KG 8 experientia] ET: existens] VBKG 11 sunt] VBKG: om. ET 12 eadem propter earum] VBKG: propter earum E: earum T 15 fallaciae] fallacia E 17 phantasticam] ETVBG: amphiboliam K 18 nos] EVB: om. TKG 19 incompleta] ETBKG: completa V 20 dictiones] EVBKG: voces T 21 proferendi] ETVBG: perficiendo K || accentuandi] ETVBG: attendendi K

5 Aristoteles, *De anima*, III, 2, 425b24-26.



7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

7.2.4.

(De subdivisione fallaciarum in dictione)

(1) Fit autem fallacia aequivocationis per multiplicatam actua-  
lem vocis incomplexae; fallacia autem amphiboliae per multipli-  
citatam actualem orationis. (2) Similiter fallacia accentus fit per  
multiplicitatem potentialem vocis; (3) fallacia autem figurae dic-  
tionis fit per multiplicatam phantasticam dictionis vel orationis.  
5 (4) Fit autem fallacia compositionis, si oratio sit falsa in sensu  
composito et credatur esse vera propter veritatem eius in sensu  
diviso; et fit fallacia divisionis, si e converso. (5) Et ita sunt sex fal-  
laciae in dictione, scilicet: fallacia aequivocationis, amphiboliae,  
10 compositionis, divisionis, accentus et figurae dictionis.

Ista quarta pars ponit divisionem membrorum divisionis praecedentis in  
quinque clausulis.

(1) Prima dividit multiplicatam actualem vocis incomplexae, secun-  
dum quam fit fallacia aequivocationis, et multiplicatam (actualem) vocis  
15 complexae, secundum quam fit fallacia amphiboliae.

(2) Et eodem modo secunda clausula dividit multiplicatam potentia-  
lem vocis, sicut manifestum est.

(3) Tertia etiam clausula bene notat consimilem divisionem multiplici-  
tatis phantasticae.

7.2.4: E 81<sup>ra</sup>, T 61<sup>rb</sup>, V 77<sup>vb</sup>, B 75<sup>vb</sup>, K 124<sup>rb</sup>, G 58<sup>va</sup>

1-2 fit autem ... multiplicatam actualem] BG: fallacia autem aequivocationis  
fit per multiplicatam actualem ET: fit autem fallacia aequivocationis per multi-  
plicatam actualem multiplicatam V: est autem fallacia aequivocationis secundum  
multiplicitatem K 4 vocis] orationis TVBKG 5 dictionis vel orationis] VB:  
om. ETKG 6 sit falsa] ETVBG: fit fallacia (!) K 8 si] ETB: om. VKG ||  
sex] ETVBG: decem (!) K 10 compositionis] ETVB: et add. KG 11 ponit  
divisionem] TKG: subdividet divisiones E: ponit subdivisiones VB 13 actua-  
lem vocis] ETBG: actualis vocis in multiplicatam vocis V: accidentalem vocis K  
14 et] ET: in VB: in add. KG || actualem]] om. ETVBKG || vocis] BKG:  
om. ETV 16-17 et eodem ... manifestum est] ETVBG: et potentialem secundum  
quam fit fallacia accentus sicut verum est K 18 etiam clausula] ETVB: enim K:  
clausula G

*Summulae, De fallaciis*

Sed dubitatur quare non ponimus diversas fallacias, sed unicam, secundum multipliciter phantasticam, scilicet dictionis incomplexae et orationis, sicut posuimus in aliis multiplicitatibus.

Et ego respondeo quod non est inconueniens ponere diversas. Sed Philosophus non curavit distinguere eas propter breuitatem, quia faciliter quilibet potest videre distinctionem earum proportionalem ad distinctiones quas ante tractauerat de aliis multiplicitatibus.

(4) Quarta clausula dividit multipliciter potentialem orationis in duas fallacias, scilicet compositionis et divisionis, sicut bene manifestum est.

Sed tunc etiam dubitatur quare non similiter dividit multipliciter actualement orationis in duas fallacias, sed ponit unam tantum, scilicet fallaciam amphiboliae. Et iterum quare etiam non dividit multipliciter potentialem dictionis in duas fallacias, sicut multipliciter potentialem orationis. Hoc enim multi dubitant.

Ad primam harum dubitationum potest dici quod in multipliciter actuali oratio est unica secundum vocem, licet sit plures secundum intentionem. In multipliciter potentiali oratio non est unica simpliciter secundum vocem, sed diversa, licet sit una secundum quid, quia secundum materiam. Et hoc voluit Aristoteles notare dividendo orationem potentialiter multiplicem et non dividendo orationem actualiter multiplicem.

Ad secundam dico quod non est inconueniens dividere dictionem incomplexam potentialiter multiplicem in duas diversas dictiones, sicut di-

1-2 sed unicam secundum] *ETV*: secundum unicam *BKG* 2 phantasticam scilicet dictionis] *ET*: dictionis *V*: phantasticam dictionis *BG*: phantasticam divisionis *K* 3 posuimus] *TVB*: hoc ponimus *E*: hic ponimus *K*: hic *praem.* *G* 4 respondeo] *ET*: dico *VBKG* 5 Philosophus] *ET*: Aristoteles *VBKG* 6 quilibet potest] *ETV*: potest *B*: potens *K*: quaelibet potest *G* 11 similiter dividit] *EVG*: etiam dividit *T*: dividit *B*: simpliciter distinguit *K* 12 ponit] *ETVK*: posuit *BG* || fallaciam] *ETBG*: *om.* *VK* 13 etiam] *EVB*: *om.* *TKG* 14 potentialem] *ETBKG*: actualement (!) *V* 17 licet sit plures] *ETVB*: sed diversa *KG* 18 simpliciter] *ETVBG*: similiter *K* 19 sed diversa] *EB*: sed diversas *T*: *om.* *VKG* || secundum quid quia] *E<sup>ms</sup>TVB*: *om.* *EKG* 20 dividendo] *ETBG*: dicendo (!) *VK* 21 multiplicem] *ETVB*: multipliciter *KG* || non dividendo ... actualiter multiplicem] *V*: non dividendo actualiter multiplicem *ET*: dividendo orationem actualement *B*: non dicendo orationem actualement multipliciter *K*: non dividendo orationem actualement multipliciter *G*

7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

videbatur oratio potentialiter multiplex; sicut enim ex veritate orationis  
compositae possumus credere divisam esse veram et econverso, ita ex ve-  
ritate secundum accentum gravem possumus credere veritatem secundum  
accentum acutum et econverso. Sed Aristoteles propter brevitatem, sicut  
5 dixi de multiplicitate phantastica in clausula praecedente, non curavit illam  
distinctionem exprimere, quia quilibet potest faciliter videre illas divisiones  
et processus diversos de diversis accentibus ad invicem secundum propor-  
tionem ad ea quae dixit in processibus de oratione composita ad divisam,  
et econverso.

10 (5) Quinta clausula concludit numerum fallaciarum in dictione. Quia  
sunt sex secundum praedictas distinctiones ipsarum. Et non est inconve-  
niens, si enumerarentur plures, si fierent posteriores subdivisiones, sicut no-  
tum est de fallacia figurae dictionis et accentus. Immo quaelibet istarum  
fallaciarum, et aliarum septem, quae ponuntur extra dictionem, solent di-  
15 vidi in plures diversos modos, qui possunt vocari diversae fallaciae, sicut  
enumerantur quattuor species qualitatis, et sunt valde plures si fierent sub-  
divisiones usque ad species specialissimas.

7.2.5.

⟨De divisione fallaciarum extra dictionem⟩

Quantum ad fallacias extra dictionem, considerata definitione  
elenchi, apparet quod potest esse defectus ex parte contradictionis,  
20 et sic fit fallacia ignorantiae elenchi; (2) secundo ex parte proba-

7.2.5: E 81<sup>rb</sup>, T 61<sup>va</sup>, V 78<sup>rb</sup>, B 76<sup>rb</sup>, K 124<sup>va</sup>, G 58<sup>vb</sup>

1 ex veritate] EVBG: ex veritate propositionis sive T: ex oriente K 6-7 divisiones  
et] VBG: divisiones etiam E: divisiones etiam per T: distinctiones et K 7 diversos]  
EV: conversos TBKG 10 quia] EKG: quod VB: quae T 12 si enumerarentur]  
V: si enumerentur E: quod enumerentur T: quod enumerarentur BK: quod enume-  
rantur G || superiores subdivisiones] EG: superiores divisiones T: eorum add. V:  
superiores divisiones vel subdivisiones B: utiles subdivisiones K 14 solent]  
ETBG: solet VK 15 qui possunt] EBK: ut patebit praem. T: qui possent V: quia  
possunt G || diversae] ETBG: om. VK 16 et] ETVB: quae KG 16-17 fie-  
rent subdivisiones usque] E: fierent subdivisiones T: fiant divisiones usque V: fiant  
subdivisiones usque B: fierent subdivisiones usque KG

*Summulae, De fallaciis*

tionis conclusionis illatae, et sic fit fallacia petitionis principii; (3) tertio ex defectu syllogismi ostensivi quantum ad illationem, et sic fit fallacia accidentis; (4) quarto fit fallacia secundum non causam ut causam ex defectu in regressu a conclusione ad praemissas in syllogismo ad impossibile. (5) Deinde, quia elenchus continet terminos, propositiones et consequentiam, potest fieri fallacia ex habitu-  
 tudine termini ad terminum, et sic fit fallacia secundum quid ad simpliciter; (6) vel ex habitu-  
 tudine propositionis ad propositionem et sic fit fallacia secundum plures interrogationes ut unam; (7) vel secundum habitu-  
 tudinem consequentiae ad consequentiam, et sic fit fallacia consequentis. (8) Et sic ponuntur septem fallaciae extra dictionem, prout magis apparebit in determinatione speciali de unaquaque fallaciarum.

Ista quinta pars enumerat et distinguit septem fallacias extra dictionem penes hoc quod diversae argumentationes quibus fiunt, deficiunt ab elencho, cum appareant esse elenchi, etiam circumscripta vocis consideratione. Et sunt ibi octo clausulae, scilicet septem de septem fallaciis distinctae, et octava colligit simul numerum earum. Et non est vis si non ponantur illo ordine quo determinat de eis Aristoteles.

Est ergo fallacia ignorantiae elenchi, cum argumentatio fuerit conveniens et bene probans suam conclusionem, sed quod conclusio videatur contradicere positioni respondentis cui non contradicit. Sic enim videtur

3 accidentis] *ETBG*: antecedentis (!) *V*: accentus (!) *K* 4 in regressu a] *ETVG*: ex regressu *B*: in egressu a *K* 6 et consequentiam] *BG*: et consequentias *ET*: consequentias *V*: unaquaque *K* || fallacia] *ETB*: redupl. *V*: om. *KG* 8 ad] *ETVB*: et *KG* 12 in] *ETVB*: ex *KG* 13 fallaciarum] *TVKG*: earum *EB* 16 etiam] *ETVG*: om. *B*: et *K* || consideratione] *ETVBK*: consignificatione (!) *G* 17 ibi] *ETVB*: om. *KG* || septem fallaciis distinctae] *E*: septem fallaciis distinctione *T*: septem fallaciarum distinctione *V*: fallaciis distinctae *BKG* 18 colligit] colliget *E* || non] *ETVBG*: om. *K* 20 ignorantiae] om. *TVBKG* 20-21 fuerit conveniens et] *E*: fuerit inconveniens et non *T*: fuerit inconveniens et *VBG*: apparet fuit inconveniens et *K* 21-22 quod ... contradicere] *G*: quod conclusio videtur contradictoria *E*: ex conclusione videtur contradicere *T*: quod haec videatur contradicere *V*: quod conclusio videtur contradicere *B*: conclusio videatur contradicere *K*

### 7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

respondens redargutus, quod sufficit opponenti sophistae; ut si dicat respondens quod Socrates non est aequalis Platoni et opponens, contra arguens, bene demonstret quod ipsi sunt aequales secundum longitudinem, quia uterque septem pedum.

5 (2) Est autem fallacia petitionis principii, si conclusio opponentis bene contradicit conclusioni respondentis et bene concluditur ex suis praemissis, sed non probatur per eas, quia non sunt notiores conclusionem. Sic enim deficit ab elencho ex eo quod elenchus debet esse syllogismus probativus. Et dicitur quod talis paralogismus peccat in materia, non quidem in materia  
10 syllogismi secundum quod syllogismus, sed in materia probativi secundum quod probativus.

(3) Fit iterum fallacia accidentis, si paralogismus fit ex praemissis veris et notioribus conclusionem, sed non bene inferat conclusionem, ut:

‘omnis homo est animal;  
15 asinus est animal;  
ergo asinus est homo’,

posito quod respondens dixerit quod nullus asinus est homo. Et talis paralogismus dicitur peccans in forma.

(4) Deinde, per modum syllogismi ad impossibile fit fallacia, si dictum  
20 respondentis cum alia praemissa vel aliis praemissis sumamus ad inferendum conclusionem impossibilem, et tunc – aliis praemissis vel alia praemissa habentibus apparentiam, licet alia sit impossibilis; propter cuius impossibilitatem dicebatur conclusio illa impossibilis – nos revertamur super dictum respondentis, concludendo ipsum esse impossibile, tamquam eius impossi-

1 opponenti] *ETVBG*: oppositi *K* 2 arguens] *ETBG*: argutus *V*: argumentem *K*  
3 demonstret] *ET*: demonstrat *VBG*: se monstrat *K* 4 septem pedum] *ETV*:  
est *praem. B*: est pedalis *K*: esset *praem. G* 6 suis] *BKG*: *om. ETV* 7 sic]  
*TVBKG*: sicut *E* 8 deficit] *ETVBG*: differt *K* || ex eo quod] *EKG*: ex quo *T*:  
in eo quod *VB* 9 paralogismus] *ETVB*: syllogismus *praem. K*: syllogismus vel  
*praem. G* 10–11 probativi ... probativus] *ETG*: syllogismi? probativi in quantum  
probativus *V*: syllogismi *praem. B*: praesenti secundum quod praedicatum *K* 13  
inferat] *EV*: inferunt *TB*: infert *KG* 17 dixerit quod] *EBG*: dixerit *TV*: dicit *K*  
19 fallacia] *ETKG*: secundum non causam *add. VB* 20 alia] *VKG*: aliqua *ETB*  
22 apparentiam] *VBKG*: apparet *ET* || licet alia sit] *VG*: aliqua *ET*: licet aliqua  
sit *B*: scilicet alia sit *K* 23 dicebatur] *ETKG*: dicatur *V*: sequebatur *B* ||  
revertamur] *ETB*: revertimur *VKG* 24 esse] *ETVB*: *om. KG*

*Summulae, De fallaciis*

bilitas sit causa quod inferebatur conclusio impossibilis. Et sic fit fallacia secundum non causam ut causam.

(5) Quinto fit fallacia ex eo quod unus terminus aliquo modo includitur in alio, ut terminus simpliciter sumptus in ipso sumpto secundum quid, scilicet cum additione. Ideo credimus esse bonam consequentiam de termino 5 secundum quid ad terminum simpliciter ex eo quod etiam in multis videmus consequentiam esse bonam. Et hanc dicimus esse fallaciam secundum quid ad simpliciter.

(6) Sexto etiam fit fallacia ex habitudine propositionis ad propositionem, ut si credamus ita proportionaliter debere esse in propositionibus 10 plures et in propositionibus unis, quia in multis ita se habent, licet non in omnibus; si ergo non ita se habeant, decipimur. Et est fallacia secundum plures interrogationes ut unam, ut quia caecus describitur qui est aptus natus habere visum et non habet, si etiam credamus quod caeca debeant describi quae sunt apta nata habere visum et non habent. 15

(7) Ultimo fit fallacia ex habitudine consequentiae ad consequentiam, ut quia multae consequentiae convertuntur, sed non omnes, si credamus unam consequentiam converti in aliam et non convertitur, decipimur. Et fit fallacia consequentis. 20

(8) Ultima clausula ex his colligit fallacias extra dictionem esse septem, quae ibi nominantur, quia manifestum est quod istis modis possumus decipi circa elenchum, scilicet deficere ab elencho, cum apparentia est. Et

1 et sic] *E*: et *TVB*: sic ergo *KG* 4 ipso sumpto] *EVB*: ipso sumptum *T*: termino sumpto *KG* 5 esse] *EVB*: *om.* *TKG* 6 simpliciter] *ETVBG*: secundum quid *K* || etiam] *ETB*: *om.* *VKG* 7 consequentiam] *VBKG*: eam *ET* || esse] *ETB*: *om.* *VKG* 8 ad] *TVBKG*: et *E* 9 fallacia] *ET*: *om.* *VBKG* 11 et] *EVBG*: sicut *T*: *om.* *K* || habent] *EVBG*: habet *TK* || licet] *ETK*: et *V*: sed *BG* 12 non] *ETVB*: *om.* *KG* 13 qui est aptus natus] *ETB*: quod est qui est aptus natus *V*: quod caecus est qui aptus natus est *KG* 14 si] *ETV*: et *B*: sic *KG* || credamus] *ETV*: credimus *BG*: dicimus *K* 14-15 debeant describi quae] *ETB*: debeant describi quod *V*: sunt quae *KG* 16-17 consequentiae ... ut] *EBG*: consequentiae *T*: consequentiae ad consequentiam *V*: fallaciae ad fallaciam ut *K* 17 credamus] *EBKG*: credimus *TV* 20 colligit] *ETVB*: distinctionibus *add.* *K*: fallaciis *add.* *G* 21 nominantur] *TVB*: scilicet fallacia accidentis secundum quid ad simpliciter fallacia ignorantiae elenchi fallacia consequentis fallacia petitionis principii fallacia secundum non causam ut causam et fallacia secundum plures interrogationes ut unam *add.* *E*: enumerantur *KG* 22 est] *ET*: *om.* *VKBG*

7.2. De distinctione et numeratione fallaciarum

non apparent alii modi non reducibiles ad istos. Si enim ex alia habitudine  
termini ad terminum vel propositionis ad propositionem vel consequentiae  
ad consequentiam quam ex praedictis fiant fallaciae, tamen praedictae no-  
minatae ‘secundum quid ad simpliciter’, ‘secundum plures interrogationes  
5 ut unam’, et ‘secundum consequens’ sunt ex quibus in his tribus generibus  
fallaciarum fiunt magis et saepius deceptiones. Et ita loco fallaciarum trium  
secundum genus essent ibi nominatae tres principaliores seu frequentiores  
species earum, ita quod in enumeratione septem fallaciarum extra dictio-  
nem una ponatur fieri ex habitudine termini ad terminum, pro qua nomi-  
10 netur haec species, eius frequentior quae fit ex habitudine dicti secundum  
quid ad dictum simpliciter, et proportionaliter de habitudine propositionis  
ad propositionem, et consequentiae ad consequentiam.

1 alia] *ETVB: om. KG* 3 quam ex] *EVB: qua T: qua ex KG* || fiant] *ETK:*  
sint *V: fient B: fiunt G* 4 ad] *TVG: et EB: aut K* 5 secundum conse-  
quens] *ETVB: secundum hoc consequens consequentiae KG* || tribus] *VBKG:*  
duobus *ET* 6 saepius] *ETKG: frequentis VB* || ita] *EVBKG: ideo T* 7 se-  
cundum] *ETVB: om. KG* || essent] *ETVB: est KG* || frequentiores] *VBKG:*  
communiores *ET* 8 earum] *EVBKG: eorum T* || septem] *ETVBG: quinque*  
(!) *K* 8-9 extra dictionem] *VB: om. ETKG* 9 ponatur] *ETVB: ponitur KG*  
9-10 nominetur haec] *E: nominatur haec T: nominantur huiusmodi VKG: nomi-*  
natur hic *B* 10 eius frequentior quae] *EVB: eius frequentior qui T: alia est*  
quae *K: alia quae G* 12 et ... consequentiam] *T: om. EVG: dicti secundum quid*  
ad dictum simpliciter sequitur capitulum *B: sequitur capitulum K*